





13070

N<sup>o</sup> 27

1710, 5<sup>a</sup> 7

— — —

Lf a. 00

DE

FOEDERIBUS VETERUM  
PER DISSECTIONEM  
ANIMALIUM FACTIS,

DISSERTATIONEM I.

CONSENSU

AMPLISSIMI SENATUS PHILOSOPHICI

IN ACADEMIA LIPSIENSI

AD D. XII. JULII. A. O. R. CIO MDCC X.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

EXPONIT

P R Æ S E S

M. JO. DANIEL JACOBI, ERFF. TH.

R E S P O N D E N T E

CHRISTIANO SIGISMUNDO Liebe,

FRAUENSTEINENS. MISM.

L I P S I Æ

LITERIS JO. SAM. FLEISCHERL

Handwritten notes and signatures at the bottom of the page, including a large '3' and '1' and a signature that appears to be 'M. M. L. 0'.





REVERENDISSIMI  
P R O T O S Y N E D R I I  
REGIO. ELECTORALIS.  
IN. SAXONIA.  
PRÆSIDI. EMINENTISSIMO.  
DOMINO. SUO. GRATIOSISSIMO.  
CONSILIARIIS.  
E T.  
A S S E S S O R I B U S.  
SPLENDIDISSIMIS.  
VIRIS. DE. ECCLESIA.  
ÆQUE. AC.  
R E P U B L I C A.  
IMMORTALITER. MERITIS.  
ATQUE. OMNE. ENCOMIUM. SUPERANTIBUS.  
MÆCENATIBUS. SUIS. MAXIMIS.  
E T. S U B M I S S E. V E N E R A N D I S.

PERENNEM. FELICITATEM.

PRECATUR.

ACADEMICUMQUE. HOC. SPECIMEN.

IN. PERPETUUM.

ANIMI. OBSERVANTISSIMI.

ET. DEVINCTISSIMI.

PIGNUS.

OMNI. MENTIS. PIETATE.

AC. DEVOTIONE.

JO. DANIEL. JACOBI.

PROOEMIUM.

**Q**uod justa atque legitima fœdera firmæ amicitiaë jungendæ ac societati colendæ, ut & publicæ salutis promovendæ inserviant, extra omnem dubitationis aleam positum est. Et verosimile admodum videtur, eos inter mortales, quibus ex meliore luto finxit præcordia Titan, in pangendis fœderibus semper oculos huic scopo adjecisse. Quemadmodum autem plurimis in rebus tot sensusprehendere licet, quot capita: nihil minus hoc ipsum in pactorum percussione usu venit. Certe enim ritus varios a variis gentibus olim hoc in passu receptos scriptores memoriæ prodiderunt. Ex quorum numero haud exiguo præcipuos præfationis loco delibabimus. Nonnullis placuit in conviviis inter pocula firmare pacta; siquidem, Perfarum mores si respicimus, Herodotus lucem nobis accendit, dum narrat, eos inter vinum & epulas frequenti convivio, uxoribus & liberis ceterisque optimis amicis præsentibus, inter sacra mensæ velut inter hospitales Deos fœdera amicitiamque contrahere solere. Quorum vestigia Germani legentes olim de pace belloque, de fœderibus, societatibus, amicitiiis & sponsalibus in conviviis inter pocula non solum libationibus, sed & propinationibus mutuis Cornelio Tacito in lib. de moribus German. c. 22. teste decreverunt, idque haud raro adhuc hodie repetunt. Nec multum ab his recedunt, licet ratione domicilii longe distiti sint, Nasamones, Lybiæ populus, cujus meminit Joh. Gvil. Stuckius, a) fœdus & pacem porrecto vini poculo ac de manu alterius sumto sibi que invicem propinato componentes. Quod si aliqui ex illis sine mora in societatem coire volunt & vinum alii que liquores forsant defunt, cinerem e terra sumtum lingere haud dubitant, ut propositum suum subito exequantur, uti tradit Herodotus. b) In eadem classe porro succedunt Thraeces & Ægyptii, qui e cornibus boum, quibus

A

po-

a) *Antiquit. Convival. l. 1. c. 30. p. 103. edit. Tigur. 1582. f.* b) *lib. IV.*

poculorum loco utuntur, vinum sibi invicem propinantes firmissimum  
 id contracti fœderis vinculum esse censent. c) Huc referas etiam indos  
 aquæ potu amicitiam facientes, quibus teste Philostrato, firmissima ar-  
 ctissimaque societas erat de Tantali aqua una cum aliis bibisse. Apud  
 quosdam pacta fœcturos in consuetudinem venit *αἱματοποσία*, ubi  
 sanguinis humani e corporibus suis elicti mutuo gustu vel haustu in  
 fœderibus ineundis soliti sunt lascivire. De Lydis & Medis inquit He-  
 rodotus d) ὄρκια δὲ ποιεῖται ταῦτα τὰ ἔθνη, τὰ πέρα τε Ἑλληνες,  
 καὶ πρὸς τέτοισι, ἐπεὰν τὲς βραχίονας ἐπιτάμωνται ἐς τὴν ὁμο-  
 χροίην τὸ αἶμα ἀναλείχῃσι ἀλλήλων. De Arabum natione ipse  
 hæc facit verba: e) Σεβόμενοι δ' Ἀράβιοι πίσις ἀνθρώπων ὁμοῖα τοῖσι  
 μάλιτα, ποιῆσαι δὲ αὐτὰς τρώπων τοῖωδε τῶν βελομένων τὰ πι-  
 σὰ ποιεῖσθαι, ἄλλος ἀνὴρ ἀμφοτέρων ἐν μέσῳ ἐσεῶς, λιθὸν ὄζει τὸ  
 — i. e. Servant fidem Arabes inter homines, ut quam maxime,  
 quam in hunc modum dant: Quoties fœdus inire volunt, alius qui-  
 dam medius inter utrosque stans acuto lapide ferit volam juxta majo-  
 res digitos illorum, qui fœdus ineunt; deinde sumto flocco ex utrius-  
 que vestimento inungit eo sanguine septem lapides in medio positos,  
 inter inungendum invocans Dionysum & Uraniam. Quo peracto idem  
 qui fuerat sequester fœderis inter amicos contrahendi expromittit pro  
 hospite, aut forte pro cive, si cum cive res sit. Et quam religiose fœ-  
 dus tale servetur, docet Polyd. Vergilius. f) De Scythiis hoc relatum  
 legimus apud Pomponium Melam g) scribentem: Ne fœdera quidem  
 illorum incruenta sunt; sauciant se, qui paciscuntur, exentumque  
 sanguinem, ubi permiscuere, degustant: Id putant perennaturæ fidei  
 pignus certissimum. Quod & confirmat Lucianus in dialogo suo, cui  
 titulus *Toxaris* seu amicitia, ubi eorum fœdus ac jusjurandum, quod ma-  
 ximum appellat, recensetur. Etenim, dicit Scythia ille Lucianicus, si-  
 mul atque incisus digitis sanguinem in calicem destillaverimus sum-  
 misque intinctis gladiis ambo pariter admoventes biberimus, non est  
 quicquam, quod deinde nos queat dirimere. Simili fere modo Cati-  
 linam

c) vid. *Alexand. ab Al. G. D. l. V. c. 2.* d) *lib. 1. c. 74.* e) *l. 3. c. 8.*  
 f) *de Rer. Invent. l. II. c. 15.* g) *Geograph. l. 2. c. 1. Sc. Job. Dougl-  
 tei Anal. Sacr. p. 68. 69. ed. Amstel. 1694. 8vo. Conf. & Herod. l. IV.  
 c. 70. cit. Almeloveen Antiquit. & Sacris profan. p. 27. edit. Amst. 1686.  
 is. Solin. c. 25.*



linam sibi socios conspirationis conjurationisque contra patriam fœdere fœtissimo devinxisse ex professo recenset Sallustius h) & in transcursum Florus, i) ubi ait: Additum est pignus conjurationis sanguis humanus, quem circumlatum in pateris bibere summum nefas, &c. Sic Plutarchus in vita Ciceronis & Poplicolæ refert Aquilii Vitellii & Bruti filios in gratiam Tarquinii ad prodendam patriam convenisse, hominis jugulati sanguinem libasse & visceribus tactis magnum jusjurandum fecisse. k) Silentio in præsentis prorsus præterire minime licebit Armenios, qui quoties in societatem coeunt, solent implicare dextras pollicesque inter se vincire nodoque præstringere. Mox ubi sanguis in artus extremos se effuderit, levi ictu cruorem eliciunt atque invicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum. Hujus ceremoniæ prætextu Rhadamistus, Pharasmanis Iberiæ Regis filius avunculum suum Mithridatem Armeniæ Regem decipit & culcitris oppressum detestanda perfidia suffocavit. l) Imitati sunt Armenios hac in parte aliquando Princeps Saracenorum & Byzantinus Imperator amicitiam contrahentes, nam uterque vena in pectore incisa suam alteri sanguinem propinavit, teste Niceta. m) Et quid de Germanis majoribus nostris dicam, quibus Posidonius apud Athenæum n) eribuit, quod in symposiis venam in fronte discidentes sanguinemque defluentem in poculum vino miscentes summum amicitiae terminum attigisse existimaverint sanguine inter se degustato, & quod post hujusmodi potum sanguinis caput unguentis perungere fuerint soliti maxime rosaceo, nonnunquam melino oleo vel irino vel nardino. Huc spectat etiam, quod Valerius Maximus o) commemorat, quodque prolixè recensere brevitatis studio ducti super sedemus. Repetitus est hic mos in recentioribus temporibus. Cum Hispani Duce Ferdinando Magellano per fretum Antarcticum ad Moluccas insulas penetrarent & in

A 2

eis

- h) *Catilin.* c. 22. p. m. 36. *Elias Putschius adbl. aliique citati Aug. Pfeiff. fero Specim. Antiqu. Sacr.* p. 75. edit. *Wuteb.* 1667. 4to. i) *l. IV. c. 1. & Job. Freinsbem. ad eund. loc.* k) *Conf. Dieterici Antiqu. Bibl.* p. 633. edit. *Fsur.* & *Giesl.* 1671. f. & *Liv.* l. 2. c. 3. 4. l) *vid. Corn. Tacit. Annal.* l. 12. c. 47. *Alexand. ab Al.* l. c. l. V. c. 3. p. 26. *sequ.* edit. *Lugd. Bat.* 1673. 8vo. *Calius Rhodigin. Antiqu. lecti.* L. XVII. c. 12. m) *de Imperio Isaaci II. Angeli lib. 2. De Niceta Acomin. vid. Struv. Biblioth. Hist.* c. VI. p. 80. &c. n) *Δευτρονομ.* l. 2. & 4. o) *lib. IX. c. 11. p. 206. edit. cum notis Thyffii L. B.* 1679. 8vo.

eis domicilium collocare vellent, cum Calamaro rege ejusdam insulæ societatem inibant, pro more gentis sanguinem e brachio sinistro elicientes eoque os & linguam illinentes, quod refert Petrus Cieza. p) Ast non tantum sanguinem bibendo, verum etiam vestibus, armis atque corporibus adspargendo in fœdera coire, quibusdam solenne fuit. Sic Græci Cyro adversus hostes suos auxilio venientes, inprimis Clearchus Lacedæmoniorum Dux, fœdus cum Ariæo percutiebant, apro, vel ut alii volunt, capro, lupo, tauro & arietē super scuto mactatis, in quorum sanguine Græci enses, Barbari hastas tinxerunt, jurejurando interposito, neutram partem alteram prodituram, firmamque inter illos belli societatem futuram. q) Attamen non semper sanguine mactabant veterum fœdera, sed aliis quoque ceremoniis uti, ap. varias gentes consuetudo tulit. Interdum instrumenta bellica in fœderibus pangendis adhibebant: Sic aliquando Romani arrepto gladio jurarunt, uti tradit Dionysius Halicarn. r) Idem referunt historiarum scriptores de Quadis Germanorum gente, sive, ut alii malunt, de Pannoniis, quod eductis maucronibus quos pro numine colebant, jurarint, se amicitiam constanter servaturos esse. s) Nec minus Tartari cum Joh. Alberto Polonorum Rege anno 1501. fœdus ferientes more suo juramentum dederunt aqua strictis frameis poculo infusa & sorpta mala imprecantes fœdus violaturo. t) Et hæc consuetudo etiam inter Macrobios & Scythas obtinuisse fertur. u) Præterea omnino commemoratione dignus est ille ritus fœdera confirmandi, ubi uterque paciscentium Eucharistia sacra utitur. Hac ratione pax & fœdus inter Henricum IV. & Paschalem II. P. R. ut & inter Maximilianum I. Julium II. Ferdinandum Catholicum & Ludovicum XII. corroborabatur, teste Siegeberto Gemblacensi x) & Hübnero: y) Et cum Parisiis inter Carolum IX. &

Gvi-

p) *Hist. Peruv. T. II. c. 94. cit. Stuck.* q) *vid. Xenophon l. 2. de Expedition. Cyri Min. p. 190. edit. Bas. 1550. & Everardi Feitbii Antiquit. Hæmeric. l. IV. c. 17. inf. Gronov. Thes. G. A. T. VI. & Baptist. Casalii Tract. de Convitiis veterum c. VIII. p. 196. ap. Gronov. lib. cit. T. IX. in Svidam suo loco.* r) *Antiqu. Rom. lib. IX. c. 10.* s) *vid. Beati Rhenani Instit. Rer. Germ. l. 1. & Jo. Thurnæicri vulgo dicti Aventini Annal. Bojor. l. 2. De his autoribus conf. Struv. l. c. 17. p. 451. & e. 21. p. 554.* t) *Mart. Cromerus l. 30.* u) *vid. Xenoph. l. c. & Luciani Dialog. quem inscripsit maxægæus.* x) *Epistol. contra Epistolam Paschalis II. nomine Ecclesie Leodiensis scripta.* y) *Hist. Polit.*

Gviffum, qui ex Patrum Purpuratorum ordine erat, exorta fimultas fopiretur, uterque ad probandam reconciliatam mentem fuam corpus dominicum fumebat. z) Hifce confentaneum eft, quod in fœderibus tam inter Pontificios quam inter Proteftantes percuffis obfervatum; ea feilicet juramento & facrorum Evangeliorum attactu fubinde confirmata effe. Eundem fere in modum Urfus Urfinus Nolæ & Attripaldi Comes olim apud Ferdinandum Neapolitanorum regem juramentum fidelitatis fuper Evangelium præftabat; id quod refert Jo. Jovianus Pontanus. aa) Et cum Wladiflaus I. Rex Pannoniæ & Amurathus II. Turcarum Imperator pacem inire ac firmare vellent; Ille in Evangelium & hic in Alcoranum jurabat, uti teftatur Antonius Bonfinius, bb) a quo tamen diffentit Hübnerus. cc) Quo pacto Ariftides olim cum Græcis & Sylla cum Romanis pactum inierit, quomodo Macedones alique divifo pane interdum societatem firmaverint, & qua ratione gens Romana plerumque fe gelferit in pangendis fœderibus, de hifce differendi fe alibi offeret occafio. Nos brevitati ftudentes omnes fœderandi ritus, prout par effer, in præfenti perluftrare haud conabimur. Anguftioribus cancellis nos circumfcribamus neceffe eft. Id circo labor nofter tantum circa fœdera veterum per animalium diffectionem facta, ubi feilicet difcindebant animal duasque in partes dividebant & per illa ipfa fegmenta tranfibant, verfabitur. Huic inprimis themati ut operam demus, caufæ nos movent admodum prægnantes. Certe hic fœdera pangendi mos eft palmarius & plurimis folemnibus pactis adhibitus, quantum ex facris & profanis literarum monumentis conflat. Jam vero pretium operæ noftræ in eo maxime eft, quod explicata hæc fœderandi confuetudine plana magis via sternatur ad intelligendam eo facilius emphafin variorum Scripturæ S. locorum. Ad hæc perfvafifumus, nos non Iliada poft Homerum fcripturos, cum nullus in memoriam redeat noftram, qui peculiari tractatu vel difertatione de noftro

A 3

the-

*P. III. p. m. 94. & 163. conf. & Luth. Comment. in Gen. XV. z) vid. les Mémoires de l'Etat de France fous Charles IX. depuis l'an. 1570. jufqu' en 1574. fuo loco. Similem quandam in Britannia obtinere confuetudinem fub aufpicio ardui cujuflibet muneris, docent Relation. Lipf. 1710. plagul. IV. hebdomadis XXVI. p. 406. aa) lib. 2. H. N. ubi agit de rebus geftis Ferdinandi, Alphonsi filii, cit. Camerario in Horis fucciffiv. Cent. I c. 6. bb) Hift. Pannon. fuo loco. cc) lib. cit. P. IV. p. m. 813. fequ.*

themate verba fecerit, aut illud accurate investigaverit. Itaque rem aggressuri gratiam & auxilium a summo Numine imploramus, & aeterna Sapientia nos veræ sapientia lumine ornent laboresque nostros ex voto sospitet fortunetque, supplicibus verbis oramus!

§. 1.

Quam solennis fuerit a primis temporibus inter plurimas gentes ritus fœdera per divisionem animalium faciendi, id evidenter satis elucet, si modo Hebræorum, Græcorum & Latinorum voces ac phrasas hanc rem exprimentes examinemus, earumque vim enucleare moliamur. Quandoquidem nihil omnino ad cognitionem rerum magis utile est, quam nominum explorata significatio, ex sententia eruditissimi Camerarii, Tr. de Nominibus equestribus in Pr., id quod etiam instituto nostro vel maxime inservit. Primum nobis se offert illa dicendi formula in S. literis obvia כרית ברית, quæ in fœdere Dei cum Abrahamo, a) de quo suo dicendum erit loco, prima vice usurpata & posthæc in recessione plurimorum solennium pactorum repetita legitur. Denotat autem hæc locutio, dissecare, i. e. sectione animalis adhibita facere, icere & ferire fœdus. Voci ברית variam varii originem tribuunt; Quidam putant eam descendere a ברת divisit, dissecuit, & sic pactum nominari per *μῆσθεσιν* ab illa victimæ dissectione in partes; sed hoc minus arridet. Nonnullis ברית dici videtur pro כרית a כרת, quod non prorsus est rejiciendum. Facile enim ex errore amanuentis seu scribentis כ cum כ in codicibus potuit commutari. Alii deducunt a ברית, succidit, quibus adversatur Grotius, alii vero a ברר purus fuit, purgavit, quia scilicet fœdera sine omni labe ac dolo ineunda & pure ac religiose servanda sint, quam sententiam fovet Petrus Martyr. b) Plerique autem Philologi deducunt a ברר elegit, comedit, uti שכית a שבה a בכית a ברר & ברר a חנית בכח a חנה, adeoque non longe abeunt, qui ex ברר & ברר derivant, siquidem & hæ ipsæ voces interdum seligere interpretibus significant. c) Notat itaque ברית in genere quamvis dispositionem, institutionem sive declarationem voluntatis, consilii aut promissionis, aut si quid est ejusmodi, sive dispositio illa ab uno proficiatur, sive a pluribus, sive unius sponse pura, sive mutua inter partes response

& re-

a) Gen. XV. b) Comment. ad Gen. XV. c) Carpzov. de Arca Fœderis c. II. §. 3. p. 11. 12.

& restipulatione, ut Polani verbis utar. In S. Codice autem triplici inprimis modo sumitur: 1) generaliter pro quavis dispositione, etiam ea, quæ sit absque stipulatione. Ita Hiob. c. XXXI. r. dicit; fœdus feci cum oculis meis, quod quomodo fieri possit, egregie delineatur. Matt. V. 29. 2) Specialiter pro iis fœderibus, quæ Deus fecit cum hominibus, & quidem vel cum universo genere humano Genes. II. 15. III. 15. &c. vel cum certa aliqua gente, aut familia, e. g. cum Israelitis. Postremæ autem classis fœdera iterum sub duplici ratione veniunt consideranda: Sunt enim aut improprie & synecdochice dicta, ubi tantum a parte Dei certæ promissiones adsunt, quo spectat fœdus cum Noacho in initium; d) aut proprie dicta, ubi ab utraque parte certæ leges & promissiones intercedunt, licet humanæ cum divinis haud pari passu ambulent, nec tantum valeant quantum ipsæ. Ad ultimam speciem pactorum refertur merito illud, quod Deus cum Abrahamo ejusque posteris iniiit. 3) Specialissime de fœderibus illis, quæ homines inter se invicem certis conditionibus præsuppositis vel in communem pacificentium vel in alterutrum tantum utilitatem contrahunt. Sic in societatem coivisse in aliis Abimelech cum Abrahamo e) & Jonathan cum Davide f) novimus. Deinceps etiam usurpatur abusive & metaphorice de illis pactis, quæ non merentur proprie hoc nomen. conf. Es. XXVIII. 15. 17. Non inepte autem originem vocis ברית ex ברה elegit, deducunt. Certe enim in conventionibus quibuslibet est conditionum *ἀγορα* & electio ex utraque parte, quibus iusta æqualique stipulatione & jurata promissione utrinque facta se invicem obligant pacifcentes; & in conventionione de amicitia, studio, amore & benevolentia mutua etiam partium contrahentium una alteram eligit atque complectitur. Nec tamen prorsus aliena est altera vocis ברית significatio, comedit. Nam moris erat inter Hebræos & reliquos Orientales sancire fœdera, eaque posthac rata & firma habere cibum & potum invicem capiendo. Et hodie adhuc nonnullis in locis viget certa consuetudo mori jam memorato aliqua ex parte similis in nuptiis celebrandis; de qua vid. Leigh. g) Varias adhuc elegantes observationes de voce ברית invenies apud Coccejum. b) Quantum ad vocem ברית illa

d) Genes. VI. 18. IX. 9. e) Genes. XXI. 22. f) 1. Sam. XVIII. 3. g) Crit. Sacr. V. T. tit. ברית. b) in Summa doctrine de Fœdere & Testam. Dei c. I. p. 1. seqv. edit. Lugd. Bat. 1654. 12. & Lexic. suo loco. conf. & Diet. Ansqv. Bibl. l. Kromayeri dissert. de pacto

illa seorsim posita notat absceidit, amputavit, sicut ramum ab arbore. Anglorum interpretes vertunt eam, cædere, perdere, scindere. i) Sed cum voce ברית constructa significat dissecare, icere & ferire fœdus seu dissectis animalibus selectas pacis & pacti condiciones confirmare. Vox ברית interdum omittitur & quasi subintelligitur; præcipue hoc observare licet, quando in S. literis de Deo aliquid in fœderibus promittente adhibetur, e. g. 2. Sam. XXIII 5. 2. Chron VII. 18. Hagg. II. 4. 5. 6. Id quod imitatus est Chaldæus, qui pro ברית כרת dicit כרת קיור vel absolute כרת, quod itidem fœdus inire indicat. vid. Deut. XXIX. 11. 12, & alia loca. Plura de vocibus קיור & כרת vid. ap. Buxtorfium k) & Schindlerum l) Nobis prolixitatem evitare studentibus huic rei diutius inhaerere non licet, satis jam ex phrasi Ebr. & Chald. probavimus, celebrem & solennem fuisse ritum nostrum, id quod erat demonstrandum.

§. 2. Pergimus nunc ad Græcor. loquendi rationem considerandam, qui dicere solent διαθήκαι sive διαθήκαι διαθήκαι, h. e. pacifici sive dispositis partibus dissecti animalis condere fœdus. Vox διαθήκαι respondit Ebr. ברית, hinc in V. T. ubique, exceptis duobus locis, a LXX. Senioribus διαθήκαι loco ברית ponitur. Atque apud Græcos & Judæos Hellenistas, quo nomine insignire licebit, duce Coccejo, Judæos Græca lingua utentes cum quadam imitatione Hebraici idiomatis, sæpe numero admodum late patet. Non tantum testamentariæ dispositionis significatione, quæ ipsi perquam familiaris est, gaudet, sed etiam pactum denotat. Aquila loco ipsius adhibet συνθήκαι, quæ vox ratione significationis arctioribus limitibus circumscripta est, quem διαθήκαι; Vocabulum συνθήκαι nusquam in N. T. occurrit, cum alterum e contrario haud raro obvium sit. Quod autem voci διαθήκαι fœderis significatus etiam apud Scriptores competat probo ex Aristophane, qui in Avibus pro pacifici dicit διαθήκαι διαθήκαι, teste Camerario citato a Drusio m) qui & Budæum διαθήκαι pro συνθήκαι usurpantem ibi allegat. At vero non tam crebro διαθήκαι quam συνθήκαι profanis Græciæ Scriptoribus notat pactum & fœdus, licet dolose & inique interdum contractum; & hæc notio quadrat etiam in verbum συνθήκαι.

legali & Evang. it. Hackspani Annot. Theol. Phil. ad Exod. XXIV. 8. p. 384. i) Leigh. l. suo loco. k) Lexic. Talm. Rabb. l) Lexic. Pentagl. m) c. 9. ad difficil. loca Gen. p. 108.

Θημι: η) hinc συνθήκη indicat pactum conventum sv. non scriptum sv. literis confirmatum, quale Isocrates in Trapez. συνθήκη σσημασμένη & Seneca ο) pactum conventum obfignatum vocat. Demostheni συνθήκαι sunt idem quod συγγραφαι teste Cl. Salmasio, ρ) qui simul probat συνθήκη & de pacto non scripto dici, ς) & eludit distinctionem Grammaticorum inter διαθήκη & διαθήκας, quibus illud significat fœdus, hoc autem ultimam voluntatem morientis seu testamentum. Taceo jam alias phrasas, quæ hic examinari possent cum cognatis suis, e. g. ἕρκια τέμνειν, σπένδεσθαι, ποιῆσθαι σπονδάς, & sic porro, quæ ortum traxerunt a libatione in fœderibus faciendis intercedente. Videatur de his Coccejus ρ) & Stuckius. υ)

§. 3. A Græcis progredimur ad Romanos, quorum est dicere: fœdus ferire, percutere, cædere & sancire. Metonymice desumpta formula a Romanorum ritu ineundi fœdera, qui cum nostro tantum non convenit. Vocabulum Fœdus derivant ex variis fontibus: Franciscus Gvicciardinus ζ) putat, descendere id a Fide, quum mala fides omnino abesse debeat a fœdere; Unde ortæ sunt antiquæ Græcorum formulæ: ἀνευ δόλῳ καὶ ἀπάτης, it. ε μετὰ δόλῳ. η) Quibuscum consentit Livius θ) ubi dicit: Sine dolo malo &c. Hinc etiam fœdera ab Ennio fidera sunt appellata, eo quod fidei faciendæ causa traducta sint, teste Fensstella. ι) Adhæc notum est, quod Romani fidem tanquam sanctam, pro Numine coluerint, & Sacrarium solenne Livio teste l. 1. c. 21. ipsi instituerint, in quo fœdera & inducias jurejurando firmaverint. De Semone Fidio, quæ hic adduci possent, prætermitto & lectorem ad Gerh. Joh. Vossium ς) & Servium ζ) ablegatum volo. Alii vocem fœdus a Fezialibus, de quibus infra, deducunt, quos ipsos etiam a fide dictos existimant: Aliis videtur originem suam debere τῶ ferire: Alii denique a fordo seu fœde cædendis victimis earumque sanguine fœdus dictum censent, siquidem apud cultiores nationes fœdera vix sine sanguine facta fuerint. aa) Dum autem sancire, ferire, percutere, dissecare

B fœdus

η) vid. Luc. XXII. 5. Job. IX. 22. Act. XXIII. 20. & alibi. ο) l. 3. de Benef. c. 15. ρ) Tr. de Modo Usur. c. X. ς) ibid. c. XII. ρ) l. c. ζ) lib. cit. p. 103. conf. & Hesych. at Steph. in Thesaur. Gr. Lingv. ι) Hist. sui temporis l. 1. υ) Herodot. Hist. l. I. & VIII. item l. Maccab. VIII. 28. θ) Lib. I. x) de Magistr. lib. I. c. 9. cit. J. E. Gerbardo de Fœderibus gentis Ebr. c. I. γ) Theol. gentil. l. 1. c. 12. p. m. 88. 89. edit. Francof. 1675. 4to. ζ) ad Æncid. XII. vs. 120. aa) vid.

foedus dicunt, omnino simul respiciunt ad ritum nostrum fere ubivis locorum usitatissimum.

§. 4. Enucleatis phrasibus ad foedera per dissectionem animalium facta pertinentibus, rem ipsam tandem aggredimur, & cum fontem & primordia cujuslibet negotii indagare par sit, hinc nos quoque ortum hujus ceremoniae investigabimus. Minus recte Plinius bb) Theseum & Diodorus Siculus cc) Mercurium, & Clemens Alexandrinus dd) ex auctoris Titanomachiae sententia Chironem (inter Gracos) pro foederum auctoribus habendos svadent: Potius ex Sacris literis & historiarum monumentis quam ex Plinii aut Polydori Vergilii placitis res explicanda venit. Deus certe est autor, qui honestiorem ejusmodi *συμμαχίαν* ac mutuam fidei defensionisque conventionem post prima statim primordia mundi introduxit, unde a populo Dei ad alias deinceps gentes licet corrupta satis translata fuit; quam sententiam mecum Christian. Schotanus in Bibliotheca Historiae Sacrae, Calvinus & Lutherus in aliis tuentur. ee) Et quidem vel maxime hic ad originem sacrificiorum & immolationis animalium respiciendum esse puto, nam pleraque foedera & inprimis ritu nostro composita sine sanguine fieri non poterant. Hac in parte gentilium fabulae rei veritatem pervertere ac turbare conantur. Cecrops quibusdam boves omnium primus immolasse dicitur, aliis Hyperbius Martis filius; aliis Melisseus Cretensum Rex, a cujus filia Melissa, Amaltheae sorore, matris magnae Deum sacerdotes Melissae dicebantur. ff) At hi nubem pro Junone amplectuntur. Nullus jure dubitare potest, quin primi parentes post lapsum sacrificaverint, ut haberent commune pietatis exercitium, & expiationis sibi necessariae ad reconciliandum Deum commonescerent, atque foedus

cum

Barth. *Advers. l. XVIII. c. 2. & Lexicograph. passim.* bb) *H. N. lib. VII. cap. 56.* cc) *B. Hist. lib. 5. pag. m. 341. item Abrah. Ortellii Capit. Deorum Dearumque lib. 1. fig. 14. ap. Gronov. in Thes. Gr. A. T. VIII.* dd) *l. 1. Strom. p. 306.* ee) *conf. Jo. Ad. Osiander. elegantem Comm. in Gen. c. XV.* ff) *vid. Saubert. de Sacrif. p. 151. edit. cum Praefat. & cura Th. Crenii. Lugd. Bat. 1699. 8vo. conf. & The Antiquities of Greece by John Porter Vol. I. lib. 2. c. 3. & 6. qui liber ex anglico idiomate in latinum conversus & in Jac. Gronovii Thes. Gr. Antiq. insertus constituit Volum. XII. P. II. ed. Lugd. Bat. 1702. f. item Caelii Rhodigin. *Leß. Antiq. lib. XII. c. 1. & Jo. Lomeier. de veterum gentilium lustrationibus c. XIV.**



cum Deo inirent ad obedientiam pro viribus mandatis ipsius præstan-  
dam. Dicis: Quis iussit? Quis docuit eos? Forſan ſolius naturæ in-  
ſtinctu id fecerunt? Non extat præceptum ipsis hac de re datum, &  
gentiles etiam ſua conſinxerunt ſacrificia, cur non & illi hoc facere po-  
tuerunt? At vero hæc dicuntur, non probantur: Licet haud adſit  
præceptum ſcriptum, nullus tamen ex vere doctorem numero infi-  
cias ire conabitur, quin Deus ore tenus illud hominibus primum tra-  
diderit, & re ipſa ſcilicet per pelles animalibus ſacrificandis detractas,  
ex quibus veſtes conficiebantur, probaverit. Certe enim divinæ ſan-  
ctitati adverſaretur, ſi parentibus noſtris bona βιωτικά ſubmiſtraſſet,  
ac de cultu ſuo & æternis bonis acquirendis nihil præcepſſet. Quod  
ad gentilium ſacrificandi ritus attinet, non ſola natura duce fuerunt  
inſtituti, ſed vel ex vetuſtiſſima traditione, vel ex diaboli ſuggeſtione,  
ad gentes κακοζήλις pervenerunt. Ipſimet ſaniores Philoſophi negant,  
ſacrificia ex naturæ inclinatione proficiſci. Divinus Plato diſertis ver-  
bis inquit in Epinomide: εἰδ' ὅν δυνατὸν εἰδέναι τῇ θνητῇ φύσει  
τῶν τοιούτων περὶ (ſc. θυſίας καὶ θρησκείας) εἰ μὴ θεὸς ἀποφαίνῃ.  
Siquidem naturæ lumen in genere quidem docet Deum eſſe colen-  
dum, ſed non præſcribit adeo ſpeciale cultus modum, nec ratio hu-  
mana inter Deum & ſacrificiorum externorum ritum ἀναλογίαν ex-  
cogitare poteſt. Præterea ſi humanam rationem de hoc divini cultus  
genere conſulas, ipſa rejicit; Sapientiſſimus Athenienſium legiſlator,  
Solon, bovem immolare diſerte vetuit. Quid multa? Ratio ne judi-  
care quidem potuit hunc cultum Deo gratum eſſe, uti loquitur Bren-  
tius in Præfat. ad Levit. Rem confirmat Numæ ὑπεράλλος ſacrarum  
apud Romanos religionum reſtauratori exemplum, qui non niſi Ege-  
riæ Deæ monitu & Jovis inſtructione ſacra ſe inſtituiſſe ſinxit, id quod  
prolixe recenſet Arnobius. gg) Hinc & videmus rem acu tetigiſſe  
Euſebium. hh) Neque Lyra in Genef. alii que a Crenio in præf. ad Sau-  
bert. citati errant, dum dicunt: Adamum a Deo accepiſſe inſtructionem

B 2

ad

gg) *Dſputi. adverſus gentes lib. V. p. 625. ſeqv. Edit. Froben. 1560. 8vo.*  
*& Marci Zuerii Boxhornii Queſt. Roman. queſt. 34. ap. Græv. T. V.*  
*p. 962. hh) de Præpar. Ev. l. i. c. 10. verba ejus legi poſſunt cum variis*  
*huc ſpeſtantibus apud Gvil. Salden. Ot. Theol. l. II. Exerc. 6. p. 327.*  
*ſeqv. ed. Amſt. 1684. 4to. conf. & Val. Max. l. i. c. 2. Martin. Schook.*  
*Exercit. Var. p. 562. ed. Trnj. ad Rhen. 1663. 4to. Jo. Mich. Dilberri*  
*Diſp. Acad. T. II. p. m. 200.*

ad sacrificandum, ac deinceps filios suos his in rebus instruxisse. Unde simul patet, quod Abelis sacrificium non solum naturæ instinctu nec sine omni præcepto divino factum fuerit, uti volunt Episcopi in Institutionibus Theol., Grotius in Annot. ad Genes. atque lib. de verit. Relig. Christ. & Eduardus Simfonius, Theologus Anglicus; & quod non sit nominandum ἱεροθεσικία. Relatum enim legitur: illud Deo placuisse, Deo autem nihil placet, nisi sit ex fide profectum, ἱεροθεσικίαν contra detestatur. Atque fides generatur ex voluntate Dei revelata. Quis non videt ex his omnibus, qua ratione sacrificiorum ritus fuerint propagati in gente Deo accepta, & quomodo ad gentiles, perverfos idololatrias transferint; scilicet mundus κακοζηλίαι plenus imitatus vel emulatus est Ecclesiæ ritus, ac Dæmones a gentilibus adorati ad varia sacrificia eos ex vanitate malitiæque instigaverunt. ii) Quibus ne seducerentur Israelitæ, Deus ad regnum Diaboli destruendum, deinceps dedit legem ceremoniam scriptam loco ejus, quam adhuc Adamo ejusque piis posteris oratenus tradiderat. Et sic quoque ritus pangendi fœdera per dissectionem animalium a populo Dei ad gentiles descendit atque ab iis quibusdam in partibus corruptus est. Vanum igitur vocamus, quod Celsus in libro suo contra Christianos, Bonfrerius & Hugo Grotius in Annotatis ad Genesim ac Spencerus de legibus Ebr. ritualibus kk) aliique asserunt sine fundamento; ac si hæc fœderalis ceremonia gentiliū præcipue Ægyptiorum & Chaldæorum, inventioni natalis debeat, & quod Deus cum Abrahamo fœdus facturus ad ritum inter Chaldæos usitatum se suosque mores conformaverit. Ad hoc eo magis tuendum Spencerus Chrysofomum testem adducit. ll) At, licet concedamus cum Cyrillo mm) quod antiquissimum apud Chaldæos ritus fuerit, tamen res nondum confecta est. Nam ritus hic antiquitate longe prior jure habetur, quam Chaldæorum mores. Et nonne durum videtur admittere, æternam Sapientiam hominum infidelium & Dæmonum nutu agentium vestigia legisse? Multo planior erit eorum via, qui asserunt, ex populo Dei & inprimis ab Abrahami cum Deo

fœ-

ii) *vid. Rivet. Exerc. 42. in Gen. f. 212. cit. Gren. loco alleg. Gerhard. in Gen. p. m. 132. Salden. lc. Coccej. lib. ct. c. X. p. 267. Cloppenburg. Spicileg. Scholæ Sacrif. p. 230. edit. Lugd. Bat. 1637. 12. kk) l. i. p. 184. edit. Hag. 1686. 410. & alibi passim. ll) Homil. 36. in Gen. p. 355. A. mm) l. X. adversus Julianum conf. & Eduard. Stillingfleet in Originibus sacris l. i. c. 1. §. 13.*

fœdere traductum esse hunc ritum ad gentes, a qua parte plurimos interpretum stare observamus. nn)

§. 5. Hactenus originem ritus nostri perlustravimus, jam quaeritur, quis in pangendis fœderibus ceremonias peregerit? De hoc momento Scriptores nos docent, quod vel ipsi pacificentes vel certæ quædam personæ ad hoc negotium destinatae rem perfererint. Temporibus Patriarcharum ipsimet sacra faciebant, quando fœdus icere in animum inducebant: atvero post institutionem cultus levitici probabile est, sacerdotes hac in parte officia sua præstitisse. Gentem sanctam, deinceps imitati sunt pagani, inter quos vel ipsi reges vel sacerdotes, aut aliæ personæ sanctæ hoc munus suscipiebant. Id quod evolventes antiquitatis monumenta facile pernoscent. Apud Græcos fœderibus contrahendis inserviebant *πρεσβεις* seu *πρεσβυλαι*, nomen sortiti ab ætate, siquidem seniores plerumque ad hoc munus, inprimis Chalcidensium lege sumebantur. Alias audiebant *ειρηνοδίκαι* & *ειρηνοποιοί*. Hi, ut scribit Julius Pollux: οο) *ἀσυλοι ἦσαν, καὶ ἐξῆν αὐτοῖς πανταχόσε ἀδεῶς εἶναι*. Horum officium inter alia exigebat, τὰ περὶ τὰς συνθήκας ὅσα φυλάττεν, εἰρήνην τε ποιεῖσθαι, &c. quæ omnia tribuunt quidam non adeo commode *σπονδοφόροις*. pp) Magni etiam ipsorum in Rempublicam merita fiebant. Ministros habuisse videntur *σπονδοφόροις* vel *πυροφόροις* inde dictos primario, quoniam fœdera sanciebantur *σπονδαῖς* vel *ἴπῃ τῶν ἐμπύρων*, quos nil minus violari nefas censebatur, etsi fere idem erant, quod apud Latinos Popæ ac victimarii, teste Pottero; qq) & *κῆρυκας*, quorum Thucydides & Homerus passim mentionem faciunt. rr) Romanos si respicere placeat, feciales inprimis considerandi veniunt. Popæ quidem & victimarii alias in sacrificiis mactabant sive immolabant & dissecabant victimas & sic porro, sed in fœderum solennitatibus haud legimus quicquam negotii ipsis fuisse. Qui de his plura percipere cupit, adeat Grævium, ss) Gyraldum, tt) Dilherrum uu) & Saubertum. xx) Pa-

B 3

ri ra-

nn) vid. J. E. Gerhard. *lc. Luth. & Job. Gerh. in Gen. Coccej. in Job. c. 31.* οο) *Onomast. l. 8. c. 11. teste Job. Phil. Pfeiffero Antiqv. Græc. gentil. l. II. c. 49. edit. Regiom. & Lips 1689. 410.* pp) *Dieteric. l. c. qq) lib. cit.* rr) *Thucyd. l. V. Belli Pelopon. Hom. Il. d. vers. 391. β. vers. 184. γ. vers. 248. ι. vers. 170. Odyss. x. vers. 59. & 102. & ζ. vers. 244. Vid. & Saubert. l. c. p. 121. item Lillii Gregor. Gynaldi Opp. T. I. Syntagm. 17. p. 482. ss) in T. I. in Onuphr. Panvin. Tr. de Ci-*

ri ratione Rex sacrificiorum, sive Rex sacrificulus satis notus nunquam fœderum percussioni, quantum ex scriptoribus novi, præfectus est. Hic unde originem traxerit & quonam munere functus fuerit, docet Onuphr. Panvinius, yy) Potterus, zz) Saubertus aa) & Grævius. bb) Fœciales itaque soli faciendis fœderibus præerant, in primis Paterpatræ; qui an porcum vel porcã in illorum confirmatione adhibitum (am) dissecaverint, nec ne? infra examinabimus. Prolixe satis de his jam agere non licet, plura de iis scire aventes desiderium suum lenire poterunt collatione Caroli Sigonii, cc) Plutarchi, dd) Sauberti, ee) Livii, ff) Dionysii, gg) Martini Lipenii, hh) Alexandri ab Alexandro ii) Onuphr. Panvini, kk) Alberici Gentilis, ll) Joh. Rosini, mm) Saldeni, nn) Gyraldi, oo) Bapt. Casalii, pp) Joh. Ad. Schilli, qq) Christiani Becmanni, rr) Stuckii, ss) Philonis Judæi, tt) Grotii, uu) Kippingii vv) & Petri Berthaldi. xx)

§. 6. Plerumque autem ornata erant ejusmodi personæ publicæ ad peragendas istas ceremonias electæ peculiari ornatu, scilicet alba veste splendebant. Candidus enim color singularis puritatis & sanctitatis indicium est, quod sexcentæ phrasæ, metaphorica sacri codicis ab albo colore desumptæ confirmant. Sine dubio etiam sapientissimum

Nu-

vii. Rom. p. 236. 255. tt) *lc. p. 556.* uu) *lc. p. 251.* xx) *lc. p. 123.*  
 yy) *in Comm. Reip. Rom. l. II p. 158. & 204. edit. Francof. 1597. fol.*  
 zz) *lc. l. 2. c. 3.* aa) *lc. p. 172.* bb) *lc. T. I. p. 243. sequ.* cc) *in*  
*lib. de antiquo jure civ. Rom. ap. Græv. T. I. p. 130.* dd) *Problem. 62.*  
 & *in Numa.* ee) *lc. p. 121. & 543.* ff) *lib. I.* gg) *lib. II.* hh) *Hist.*  
*Srenar. ap. Græv. T. XII. p. 490.* ii) *lc. l. V. c. 3.* kk) *lc. p. 195. sq.*  
 ll) *de legationibus lib. I. c. XI. sq. p. 30. sq. edit. Hanovæ 1697. 8vo.*  
 mm) *Ant. Rom. l. X. c. 1. 2. & 20. p. 1550 & c. & l. III. c. 21. p. 486. & c.*  
*edit. Colon. 1662. 4to.* nn) *lc. l. 1. Exerc. VI. p. 94.* oo) *lc. p. 476.*  
 sequ. & 556. pp) *de antiquis Rom. ritibus passim.* qq) *Nomenclat.*  
*Philol. suo loco.* rr) *Manud. ad Lat. lingv. ejusque Origin. suo loco.*  
 ss) *lc. p. 104.* tt) *περὶ ἀρετῶν καὶ περὶ βίας πρὸς γαίον p. 1006.*  
 & *περὶ θυόντων p. 847. edit. Francof. 1691. fol.* uu) *de J. B. & P.*  
*l. II. c. 15. §. 3. num. 1.* vv) *Antiqu. Rom. l. 1. c. 12. p. 266. edit. Bre-*  
*mens. 1679. 8vo.* xx) *lib. de An p. 263. sq. ap. Græv. T. VI. p. 263.*  
*conf. & Polybii ἐκλογὰς περὶ πρῶτων cum aliis fragmentis de*  
*hac materia edit. ex officin. Plantin. 1582. 4to. item Job. Bapt. Han-*  
*senium de Jurejurando veterum ap. Græv. T. V. p. 827.*

Numen eo respexit, dum sacerdotem Israelitarum alba indutum veste voluit. Unde Plato magnus ille divinarum literarum plagarius inquit: *χρόμαλα λευκά πρέπον τ' ἀνθεοῖς ἔη*, id quod Cicero *yy* bene vertit: Color albus præcipue decorus Deo est. Non tantum autem decorus Deo, sed etiam per se pulcher, latus, lucens ac splendens est albus color, ideoque *λαμπρός* sæpius vertitur albus. *zz*) Relatum autem legitimus in historiarum monumentis, quod omnium fere partium terræ gentes, uti in omni religione, sic etiam in pangendis fœderibus sacerdotes & fœderantes habuerint candida veste superbientes. *N*) In primis Vestalibus non nisi alba veste uti licebat *α*) & fides apud Romanos candida vocatur, quia alba veste colenda erat. *β*) Manuque albo panno involuta ipsi sacrificabatur. Sic dicitur *Cana fides* Virgilio, *γ*) ac illi, qui inter sacrificandum utebantur ejusmodi candido vestitu Candidati appellabantur. Confectæ autem plurimorum vestes erant ex lino ad æmulationem sacerdotum Judaicorum; nam tale indumentum purius & sincerius videbatur, quam vestis ex lanarum aut vellerum pollutione contexta, quippe quæ Orpheo & Pythagoræ profana judicatur, uti est apud Apulejum *η*) Feciales vero lanam præferent, asserentes, quod illa deceat virum, ut durior & fortior; deinde Diis gratior sit lino, quum ipsa ex animali hostia detrahatur in prima sacrificii libamina. *ι*) Adeo quælibet gens suo abundat sensu. Caput tantum non in omni functione infula velatum habebant, & filo quasi cinctum, unde & Flamines in Latio nomen suum sortiti sunt. Interdum caput ornabatur verbena sagminibusque, quæ erant herbæ frondesque ex loco puro decerpæ & ad aras capitaque fecialium coronanda aptæ, quibus si circum tempora erant cincti, inviolabiles evadebant, nec ulli eos lædere licebat, nisi ex gentium sententia & Deorum & justorum omnium poenas incurrere velit, id quod Fabius dicitur damno suo comperisse. *κ*) Posset quidem hic adduci versus ille Virgiliti: *η*)

Vi-

*yy*) *lib. 2. de Leg. c. 45. edit. Genev.* *zz*) *conf. Corn. a Lap. Comment. in Jac. II. Casaub. Exerc. XVI. sect. 73. cit. Saub. lc. p. 172.* *N*) *Strabo l. VII. p. m. 284. Diog. Laërt. in Proem. α*) *Suid. voc. 18μᾶς.* *β*) *Rycaquius de Capitol. Rom. c. 42. Homi. l. 1. Od. 35. vers. 21. 22.* *γ*) *Æn. I. vers. 296.* *η*) *in Apologia p. 504.* *ι*) *vid. Pierii Valerii Hieroglyph. p. 299. cit. Saubert. lc. p. 240. ubi plura. it. Marc. Zuerii Boxhorn. lc. quest. 30. ap. Grav. T. V. p. 960. & Lomeierum in primis lc. c. 34.* *κ*) *Donatus ad Andr. Terent. Act. IV. sc. 4. vers. 5. &*

*Velati lino & verbera tempore vincit.*

Sed adhuc dissentiunt Grammatici an lana vel limo vel lino legendum sit. *ψ*)

§. 7. Considerato ornatu illorum, qui foederalem ritum nostrum exercebant, jam dispicienda veniunt instrumenta, quibus dissecuerint animalia, inter quorum partes erat transeundum; Cultros acutissimos, venabula, securim, dolabram & secespitam maxime usurpabant, quibus adjugebantur apud varias gentes varia instrumenta alia, quorum prolixam delineationem in praesenti suppeditare supervacaneum ducimus. Saubertus, Cafalvus & imprimis Gvil. de Choul de la Religion des anciens Romains non solum illorum descriptionem, sed etiam imagines & figuras exhibent, quos consuluisse haud poenitebit.

§. 8. Jam non inepte transitum facimus ad animalia, quae in foederibus non sine sanguine faciendis dissecari solebant, ab Homero *ἄρνια* appellata. Salva lege divina nulla alia nisi boves, agnos & capras utriusque sexus adhibere licebat, quippe quae sola ex mundorum numero animalium (non exclusis columbis turturibusque) sacrificiis & sic etiam hisce solemnitatibus foederalibus sacra erant. Idque vel maxime hanc ob rationem, quia nil pretiosius possidere arbitrabantur: Siquidem in armentis & gregibus olim thesauros suos collocabant; ita loquitur Saubertus. *\*)* De horum animalium usu vid. Gen. XV. 9. seq. Exod. XXIV. coll. Deut. XXIX. vers. 1. 2. seq. Jer. XXXIV. 18. 19. Pf. L. 5. Boum autem immolatio peculiari nomine *βιβυσία* appellabatur. Hujusmodi animalium in faciendis foederibus dissectionem haud plane alienam a scopo nostro Erasimus in adagiis tribuit Homolottis tanquam ex Zenodoto, quem prodidisse ait, Homolottos populos dissecto in minimas partes bove foedus jungere. Sed uterque se decipit, cum Homolottorum populus sit quasi *σιδηρόξυλον* atque centaurus. Loco βῆς ὀμολοττῶν legendum est βῆς ὀμολοττῶν, id quod Svidas docet, qui postquam hoc adagium dici asseruit ἐπὶ τῶν εἰς πολλὰ διαίρεμένων καὶ κατακοπτομένων πράγματα, addit statim: εἰ γὰρ Μολοττοὶ ἐν ταῖς ὀρκομοσίαις κατακόπτοντες εἰς μικρὰ τὰς βῆς τὰς συνθήκας ἐποιεῖντο. Huc quoque pertinere videri possit, quod in Toxaride

Borthaldus l. cit. & Gynald. l. c. p. 481. *π*) *En. l. XII. vers. 120.*

*ψ*) vid. *Græv. loco alleg. & Lomcier. l. cap. 19. pag. 194. & cap. 34.*

*\*)* *l. p. 478.*

xaride memorat Lucianus de Scythis. D) Porro de agnis ovibusque in pactorum confirmatione adhibitis inquit Homerus: 5)

Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστῃ θεῶν Φέρον ἔρμια πιστά

Ἄρνε δῶς καὶ δῖνον

Et Valerius Flaccus D)

Tunc picea mactantur oves profetaeque partim

Pectora, per medios partim gerit obvius Idmon.

Verum heic non substitit assveta gentilium praxis; minime ipsis sufficiebat inita pacta sancire animalium antea enumeratorum cruore, sed ulterius etiam progrediebantur & sues, equos, canes aliaque immunda bruta illis associabant; Præcipue numerum ternarium observabant. Apud Græcos enim ad sacra plena τέλεια dicta, verres sive sus, hircus sive aries atque taurus requisebatur, id quod vocabatur Τρίτηυς. Sed Atheniensium more taurus haud raro deerat: Apud Romanos pariter solitaurilia ex sue, ove & tauro constabant. Interdum hæc tria animalia simul adhibebant, interdum unum tantum ex illis. D)

§. 9. Inprimis suillum pecus magno in pretio erat: ab hoc enim immolationes cepisse primordia Probus persuadere conatur lectoribus, & ex hac quidem causa, quia segeti noxium se gerebat. Hinc dicit Ovidius: D) Prima putatur Hostia sus meruisse mori &c. Imo Athenæus V) σὺν dictum tradit quasi θῦν, quia sus sacrificiis Gr. θυσιαις idoneus sit. En hic simul causam, cur Judæis adeo exotus sit porcus, nimirum quia gentiles tanti hoc pecus æstimabant, idecirco, ut ethnico- rum superstitio ex eorum animis erueretur, divino consilio odium plusquam Vaticanum adversus hoc brutorum genus in ipsorum animis excitatum est. Attamen & Ægyptii, teste Æliano, & Phœnices a suis immolandis abstinent. D)

§. 10. Quanti contra Romani fecerint porcum porcamve in fœderibus sancientis, infra dicendum erit. Huc quadrat etiam Græcorum singularis consuetudo, qui vel particulam quandam capillorum, suilli pecoris abscindebant, inter pacificentes distribuiebant, & super ex-

C lectis

- D) vid. Bochart. Hieroz. P. I. L. II. c. 33. p. 325. edit. L. B. & Truj. ad Rben. 1692. fol. 5) 1A. γ. vers. 245. D) Arg. lib. 2. alleg. Dougl. l. c. D) vid. Cæl. Rhodigin. Antiq. lect. l. XII. c. 1. p. 428. sequ. ed. Basf. 1566. fol. & Lomeier. l. c. p. 222. D) lib. XV. Metam. vers. 111. vid. plura ipsius loca ap. Fabric. de vocoçηλ. gentiliūm l. c. & L. meier. l. c. c. 29. V) Deipnosoph. l. IX. D) conf. Gyruld. l. c. p. 517. ubi plura.

festis suis testibus stantes jurabant. Y) Hoc modo in aliis Olympiaci Athletæ jurare cogebantur, antequam ludos inirent, se nihil fraudis aut insidiarum commissuros; P) de quo ritu infra plura faciemus verba. Vel dissecabant quoque Græci fœdus icturi totum animal in duas partes: Et quidem, nisi Cretum more mentiatur Dictys Cretensis, ritus ille tam apud Græcos quam apud Trojanos obtinuit jam inde ab Heroum ævo. Nam lib. II. Agamemnon sacramento confirmaturus, quicquid Achilli promiserat, afferre hostiam lictores jubet, ac mox sublatam super terram cum eam duo, quibus imperatum erat, suspensam tenerent, gladium vagina educit, eoque bifariam excisam hostiam in conspectu, uti diviserat, collocare. Deinde ferrum sanguine oblitum manu retinens, inter utramque sacri partem medius vadit. Sed hostia illa pro vitulo porcus fuit. Sic enim idem lib. I. recensens unanimum Græcorum Principum, qui Argis convenerant, conspirationem ad bellum Trojanum suscipiendum, inquit: Tum deinde communi consilio super conditione belli jusjurandum interponi hoc modo placuit: Calchas filius Thestoris præcius futurorum porcam majorem, vel ut alii legunt, porcum marem in medium forum afferri jubet, &c. Simile quid etiam lib. IV. de Diomede atque Ulyssæ cum Antenore fœdus ineuntibus commemorat. 7) Equos Marti immolare solebant, teste Plutarcho, W) atque super testibus ipsorum in fœdere faciendo jurare haud inusitatum erat. Sic Tyndarus Helenæ procos jurare faciebat super equi excelsi testibus, se Helenam defensuros ab injuria aliorum. D)

§. 11. Canes etiam, quibus Romani alias uredines atque sævitiam caniculæ, fideris, placabant, juxta illud Ovidii: a)

*Pro cane fidereo canis hic imponitur avis.*

Canes, inquam, in fœderum corroboracione adhibebant. Plutarchus b) consuetudinis cujuspiam talis dilerte meminit vigentis inter Bæotos: Βαιωτοῖς δὲ δημοσία καθαρμός ἐστὶ κυνὸς διχοτομηθέντος τῶν μερῶν διεξελθεῖν. Simili prorsus modo Macedonum Reges solebant milites suos lustrare & tacitum quasi pactum cum ipsis inire, ut officio suo rite fun-

Y) Vid. Natal. Comit. Mythol. l. VI. c. 23. edit. Genev. 1641. 8vo. & Porter. l. c. p. 218. edit. Oxon. 1699. P) Gyrald. l. c. p. 85. 7) conf. Job. Clerici Comment. ad Gen. XV. & Bochart. l. c. W) Qv. Rom. 83. D) Nat. Com. l. c. a) l. IV. Fast. vers. 941. conf. Lomeier. l. c. p. 223. edit. Ulm. 1681. 4to. b) Qv. Rom. III. cit. Dilherr. l. c. p. 206. seq.



te fungerentur. Verba Q. Curtii c) hac de re sunt sequentia: Dis-  
scissa canis viscera ultimo in campo, in quem deduceretur exercitus, ab  
utraque parte abiciebantur. Intra id spatium armati omnes stabant &c.  
Et speciatim de Macedonum Rege Philippo ita loquitur Livius: d)  
Forte lustrandi exercitus venit tempus, cuius solenne est tale: Caput  
mediæ canis præcisæ & prior pars ad dextram cum extis, posterior ad  
lævam viâ ponitur, inter hanc divisam hostiam copiarum armatarum tradu-  
cuntur. e)

§. 12. Omnia autem hæc animalia, licet non singula speciem  
munditiam haberent, nihilominus tamen nulla immunda ex accidenti  
ne a gentilibus quidem admittebantur. Omnia magno iudicio ex to-  
to pecorum grege secernebantur, quod Apollonius f) Argonautarum  
victimas describens emphatico verbo dicit *εὐκρίτους*: Omnia debebant  
esse integra ac pura, non autem mutila, scabiola & sic porro. Siqui-  
dem Plinius in aliis dicit; g) nec claudicante nec aliena hostia Deos  
placari; Hinc neque huius furfuris victimam in fœderum percussione  
adhibere licebat. Stupendum vero est, quod diversis vicibus humani  
cadaveris dissectione fœdera contracta esse legamus. Sic Peleus oc-  
cisa sorore Acasti, *διελὼν τὰ μέλη διήγαγε τὸν στρατὸν*, uti ex ve-  
teri Historia docet Apollodorus testimonio Comment. Poli in Synopsi  
Crit. Nec plane alienum est quod Plutarchus h) tradit, quod sc. Xer-  
xes Pythis filium, natu maximum, quem pater repetierat, *σφάζας καὶ  
διατεμῶν ἐκέλευσε τὸν στρατὸν διελθεῖν*, ut scilicet tam atroci supplicio  
militiarum desertores teneret ac tacite pactum cum iis iniret, quod si si-  
gna sua desererent, ipsi sese eodem supplicio dignos iudicaret. i)

§. 13. Porro incidit quæstio, quam occasione sive quonam in-  
casu fœdera per animalium divisionem olim stabilire fas fuerit? Ad  
hanc respondere haud dubitamus, quod in omnibus pactis fœderibus-  
que de licitis rebus initis repetere easdem ceremonias licuerit. Imo

C 2

testan-

c) l. X. c. 9. d) l. XL. c. 6. e) vid. Dought. l. c. & Cartwrightii Ele-  
cta Targumico Rabbinnica ad c. XV. Gen. in Criticis S. T. I. P. I. it.  
Job. Lomeier. l. c. 23. p. 216. seqv. f) l. I. vers. 356. g) l. 8. c.  
45. vid. Dilherr. l. pag. 208. seqv. & 222. Lomeier. l. c. pag. 218. 219.  
h) de virtutibus mulierum c. ult. & Herod. l. 7. c. 39. i) vid. Bo-  
chart. l. c. & Job. Bompartii Parallel. Sacr. & profan. in Gen. pag. 82.  
edit. Amstel. 1689. 410.

testantur scriptorum monumenta, quod vel de auxilio & mutuo & alteri tantum ferendo, vel de societate ineunda amicitiaque colenda, vel de obedientia ac fide sive Deo sive superiori inter mortales personæ præstanda, vel contra injustos hostes ejusmodi, fœdera dissecaverint. Id quod luculenter satis patet tam ex adhuc dictis, quam ex infra dicendis.

§. 14. Jam ad formam ac totum processum moris illius fœdera ferendi pergitur, ubi Gordius plane difficultatum nodus enodandus venit. Siquidem, quod maxime dolendum, in plerisque antiquis monumentis integritatem & justum ordinem adhuc desideramus, præsertim cum injuria temporum & incuria hominum multa perierint, vel quoque interdum a scriptoribus ipsis res non exacta circumstantiarum ratione habita proponantur, cum verosimile sit, apud varias gentes ritum nostrum in usum fuisse, de quibus tamen ne γὰρ quidem relatum, legimus a multis; qua in re a partibus meis stat Alexander ab Alexandro: Imo si dicendum quod res est, prisca secula barbariei nebulis densissimis obducta in sacris ac publicis solennitatibus suis varias subinde mutationes admiserunt; ita ut in hac ditione his, in alia aliis uterentur moribus ac ceremoniis. Nec in sacris quidem pandectis circumstantiarum historicarum ubique ratio habetur, sed hoc nihil detrahit ipsius perfectioni, nam scriptura S. non scripta est, ut sit Systema historicum, sed ut exinde homines Deum & se ipsos rite cognoscerent atque via ad salutem ipsis monstraretur. Propositum itaque nostrum ea, qua fieri poterit perspicuitate, exequi conabimur, evidentissimam & præceteris probabilem scriptorum relationem sequentes.

§. 15. Gentes superioris ævi, quibus ara & fides maximæ erant, curæ, fœdera δικάως, προθύμως καὶ ἀδύως fieri volebant, hinc & ordinem, omnium rerum matrem, quoad ejus fieri poterat, sibi commendatum habebant. Quoties igitur hujus generis fœdus inire moliebantur, ante omnia de certis conditionibus conveniebant, certumque objectum fœderis constituiebant, quod hunc in modum corroborandum ac firmandum esset. Postea afferebant omnia ad hunc ritum exercendum necessaria; e. g. animalia adducebant, præparabant ac disponebant ad immolandum, ut & vinum, salem atque sic reliqua. Quæ dicebantur Græcis ὄρκια ἢ e. τὰ ἐν ὄρκις χρειάδη φέρειν vel συνάγειν. Denique vinum, quo libaturi erant, miscabant, & manus abluebant. Hinc dicit Homerus: k)

- - Ἀτὰρ

k) *Il. γ' vers. 268. sequ.*

Ατὰρ κήρυκες ἀγαυοὶ  
Ὀρκια πρὸς θεῶν σύναγον. κ. τ. λ.

§. 16. Quibus omnibus rite ordinatis prima libamina apud gentiles rei initium largiebantur; (sunt tamen alii, qui hunc actum precationi postponunt.) Erant autem prima libamina particula capillorum ex victimæ fronte evulsorum, quos in ignem in ara accensum coniciebant. Id quod ex Dionysii Halicarnass. verbis patet, qui l) inquit: τριχοτριμύνας τε ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας. κ. τ. λ. m) Cui consentaneum est illud Virgillii: n) Quattuor hic primum &c. Partem vero pilorum ex hostiarum capitibus abscissorum distribuēbant per præcones sive ministros publicos inter fœderandos, ut hoc pacto viderentur utrique sacrificio copulari, sive, uti Eustathius disserit, συνεφέεσθαι τῆς θυσίας. Symbolum autem hoc erat, omnia mala conversum iri in capita eorum, qui fœdus violassent, cum imprecatione, qua Deos ceu testes & custodes fœderum omnium nomine invocabant, ut a violatoribus fœderis gravissimum supplicium fumerent; de quo infra pluribus agemus. o) Homerus p) hæc omnia optime delineat: Ἀτρεΐδης δὲ ἐρυσσάμενος κ. τ. λ. Rationem hujus consuetudinis nobis reddit Eustathius ex Sophocle: q)

Κακὸς κακῶς ἀθάρτος ἐκπέση χθονὸς,  
Γένεος ἀπαντος εἴζαν ἐξημημένοσ  
Ἄλλως ὅπως περ τὸν δ' ἐγὼ τέμνω πλόκον.

Alexander sequentibus hac de re verbis utitur: r) Nonnulli agnum marem candidi velleris, agnam vero pullam adhibebant, atque ex utriusque vertice pilis dissectis & vicissim distributis, manibusque aqua infusa & vino pateris, mox Soli & Telluri illis immolatis leges pacis & fœdera inibant, &c.

§. 17. Hanc ceremoniam excipiebant preces, desiderantes a Diis, ut faustam fœderis illius percussione esse vellent, testes adessent & primos fœderis violatores pœna affligerent, memoros illius effati Gregoriani: Ἀρχὴ ἀπάντων θεὸς ἔστω. Et interdum precibus sacrificia ἀιτητικά

C 3

ante

- l) Antiqu. Rom. lib. 7. c. 72. conf. Potter. lc. p. 241. m) vid. Natal. Com. lc. pag. 31. & Lomeier. lc. c. 28. n) Æn. VI. vers. 243—250. o) conf. Bap. Casalius in Tr. de Conviviis Veterum c. VIII apud Gronov. lc. T. IX. p. 196. p) Il. γ'. vers. 271—274. conf. Potter. lc. q) Ajax. Fl. vers. 1188. r) lc. p. m. 27.

ante sacrificium primum addebant, quibus felicem inceptorum successum flagitabant, quæque non confundenda sunt, quod non una vice factum est a viris doctis, cum *εὐνηαῖσι*, Hesychio vocatis τὰ κατ' εὐχὴν ἀποδιδομένα. Equidem pleraque sacrificia antecedeant preces devotæ, potissima, ut ait Stuckius, sacrificiorum pars, qua sacra potissimum impleri, confici atque vires nancisci videbantur. Idcirco Herodotus s) de Ægyptiis narrat; Pecude ad aram adducta pyram incendunt; deinde inter libationem *ἐπιμαλέσαντες τὸν θεὸν, σφάζουσι*. Et Jamblichus: ε) Ipsa præcatio interdum præmittitur ut præcursor, quasi viam ante sacrificii faciem præparans &c. Hoc in negotio Romani admodum superstitiosi erant, ita, ut, ne quid in hujusmodi precibus concipiendis vel recitandis præpostere diceretur, solet aliquis præponi, qui sacrificantibus præiret verbis, deinde custos dari, qui observaret, utrum precantes dictata sibi recte & ordine pronuntiarent ac redderent. Evolvatur Livius, v) ubi devotionem Decii laudat. Tales preces qui fundebant, dicebantur Deos orare, precari, observare, obtestari, contendere, flagitare, implorare, supplicare, vovere & sic porro: Græcis *εὐχεσθαι, αἰτεῖν, λιτάζεσθαι. κ. τ. λ.* Ebr. *אָרַב*. w) Præcipue in fœderibus pangendis utraque pars certas faciebat preces, quale exemplum habemus apud Homerum: x) *Τοῖσιν δ' Ἀτρεΐδης ὡς ἔειπε ὄρκια πῖσά.* Et alibi: y) *Ζεῦ κύνειε ὡς ἔειπε μιν*. Pariter apud Maronem, ubi Æneas primum stricto sic ense precatur: z) *Esto nunc Sol testis usque Lavinia nomen. Quem sequitur Latinus suspiciens cœlum tendensque ad sidera palmas: a) Hæc eadem, Ænea, usque lancibus aras. Sic quoque apud Livium passim varia hujus generis occurrunt: e. g. Audi Jupiter, audite fines, audiat fas. Et porro: Audi, Jupiter, & tu, Juno, Quirine, Diique omnes cœlestes vosque terrestres omnes, vosque inferni audite; Ego testor &c. Verbo Testor in Deorum adjurationibus utebantur, quare Virgilius canit: b)*

*Vos æterni ignes, & non violabile vestrum  
Testor numen, ait &c.*

Et

s) lib. II, c. 39. t) l. V, c. 21. cit. Fabric. l. c. p. m. 248. ubi plura. u) l. 8. c. 9. & Lomeier. c. 33. w) Saubert. l. c. p. 254. seqv. x) Il. γ. vers. 275—280. y) l. c. vers. 298—301. z) Æn. XII. vers. 175—194. a) ibid. vers. 195—215. b) Æn. II. vers. 154. seqv. Briffonius in Formulis.

Et Martialis c)

— — *superos ac fidera restor.*

§. 18. Post preces inter quasdam gentes succedebat libatio, quæ fiebat, velmero ad significandum τὸ τῆς γνώμης ἀμύγες ψεύδει καὶ ἄδολον, teste Eustathio, vel vino mixto in symbolum consensus & concordiaæ. Ut silentio præteream libationem sanguinis, quæ post immolationem animalis subinde fiebat. Fundebant autem libamina nonnunquam in terram, nonnunquam in caput hostiæ, cum imprecatione; qua ceremonia haut raro tota fœderis contractio atque confirmatio absoluebatur, uti alio in loco docebimus: Sæpe etiam molam salsam, hostiæ ad aram stanti adhibebant, attamen in plerisque salem addere demum illi in fœdere dissecti animalis parti, quæ sacrificio destinata erat, atque apponere in convivio post fœdus contractum solebant, id quod postea examinabimus. Nobis in præsentī libatio tantum venit spectanda, quatenus Dissecationem animalium antecederet, de qua notanda sunt verba Virgīlii de Didone loquentis d)

*Ipsa tenens dextra patenam pulcherrima Dido,  
Candentis vacca media inter cornua fundit.*

Cui analogum est illud Nasonis e)

— — *Dum vota sacerdos  
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum.*

Quam inveteratæ & quam frequentes fuerint libationes in fœderibus contrahendis, elucet ex illo Homeri asserto: f)

*Πῆ δὴ συνθεσῖαι τε καὶ ὄρκια βήσεται ἡμῖν;  
Ἐν πυρὶ δὴ βελαί τε γενοῖάσθω, μήδεά τ' ἀνδρῶν,  
Σπονδαὶ τ' ἀρητοὶ, καὶ δεξιάι, ἧς ἐπέπιθμεν.*

Unde usu venit, ut σπονδὴ non pro sola libatione, quæ fœderibus & induciis sancendis adhibebatur, acciperetur, verum etiam pro ipsis fœderibus, pactis & induciis. Qua ratione apud Xenophontem g) quæritur: πότερα βέλειαι, σπονδάς ἔχειν, ἢ πόλεμον. Unde etiam origi-

c) lib. IX. Epigr. 23. conf. Joh. Bapt. Hansen. de Jurejur. vet. ap. Græv. T. V. p. 828. sq. d) Æn. IV. vers. 60. seqv. e) Metamorph. VII. vers. 593. Sc. & Lomeier. l. c. 25. p. 234. sq. f) Il. B. vers. 393. sq. g) loc. cit. & Hellen. lib. 3.

originem traxerunt illæ dictiones *σπένδεται, ποιῆσθαι σπονδὰς, & alia* hujus generis, quas vide sis apud Stuckium. *b)*

§. 19. Libatione facta hostiam jugulabant, mactabant ac immolabant, excoriabant dividebantque. Quidam gentilium cæteris jugulationem hostiæ non nisi prævia percussione suscipiebant, sed Judæis hæc non erat in usu. Homerus de Thralymede differens hac de re inquit: *ϛ)*

*Ἥλασεν ἄγχι τὰς. Πέλεκος δ' ἀπέκοψε τέοντας*

*Ἀυχονίης.*

Sed sæpissime jugulatio tantum adhibebatur, præcipue in hostiis haur primæ magnitudinis. Nam ita loquitur Iliadum scriptor. *k)*

- - *Ἀπὸ σόμαχος ἀρνῶν τάμε νηλεὶ χαλκῷ.*

Vox *σόμαχος* primario significat guttur sive fauces, uti Eustathius observat ad hl. Jugulationem sequebatur pellis detractio: Id quod confirmat Homerus: *l)*

*Ἄυ ἔρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἐσφάζαν, καὶ ἔδειραν &c.*

Et Apollonius: *m)*

*Τὰς δ' ἔταροι σφάζαν τε δοῶς, δεῖρῶν τε βοείας &c.*

His similia sunt illa Virgiliti, quibus pellium detractioem ita περιφάσεται:

*Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.*

Quibus demum peractis, dissecabant atque dividebant victimam fœderi sacram non in varia frustra, sed in duas partes. Plerasque victimas cum Diis dividere solebant, quod profecari dicebatur. Sic Aruspex apud Livium *n)* exta profecuit. Extæ autem & particulæ divisiæ proficiæ & profecta inde nuncupatæ: Quæ de re Ovidius: *o)*

*Sic ubi libavit, profecta sub æthere ponit.*

Propterea nullus dubitabit, quin & hostias fœderi inservientes hoc modo tractaverint, præcipue cum transeundum esset per partes illas divisas. Hülsemannus *p)* id probare nititur ex Homero; neque hoc solum, sed etiam, quod pilos & coria victimarum fœdus pangentes inter se partiti fuerint. Huic ritui ortum debent phrasæ, de quibus jam supra egimus, כרית כרית & ὄρκια ταμῆν sive τέμνειν, quod est partem juramento & divisa hostia sancire. Patet hoc ex Eustathii verbis, qui

*b) l. p. 193. i) Οδυσσ. γ. vers. 449. k) Ιλ. γ. vers. 292. l) Ιλ. α. vers. 459. m) Argonaut. l. t. vers. 432. n) lib. V. c. 21. o) l. VI. Fast. vers. 163. p) Comment. in Jerem. suo loco.*

qui dicit: ρ) Διὰ Ἰορμῆς ζῶων θυσιμένων οἱ ἐπὶ μεγάλοις ὄρκοι ἐγένοντο. Aliam explicationem invenies ap. Gerhardum r) & Stuckium. ς) Romanos etiam hunc dissectionis ritum cum Judæis & aliis gentibus communem habuisse, quidam tueri conantur, e. g. Bompartius ϕ) Hülfemannus η) & Joh. Mercerus; ξ) Sed nos hoc pro certissimo asserere non audemus. Hoc certum est, quod non temere, perfunctorie aut indistincte hæc divisio hostiæ facta fuerit, sed Judæorum exemplo dextre, accurateque & cum arte & industria, id colligunt ex eo, quod apud Pœtam sæpe ϙ) legitur: *Μίσυλλον τ' ἄρ' ἐπισαμένως*, item *περιφραδέως & κατὰ μοῖραν*. Unde lux affulget phrasi Paulinæ: *ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας*. ζ) Quo spectat & LXX. Seniorum versio, Prov. III. 6. XI. 5. †)

§. 20. Fœdus autem non est sine jurejurando, teste Mercero; hinc jam considerabimus, ordine id postulante, hunc quoque actum in contractione fœderum solennem. Putant quidem aliqui, ut plurimum factum esse jusjurandum ante victimarum immolationem, sed magis verosimile videtur, eo tandem ordine istud sequi, quo nos constituimus. Etenim sæpe legimus super hostiarum extis juravisse paciscentes, quod ante mactationem non potest fieri. Dum igitur uterque jurare volebat, repetebatur res de qua & conditiones quibus fœdus faciendum esset, teste Pottero; Tum Sacramentum Deo dicebant, promittentes se fœdus haud violaturos, eumque testem suorum promissorum vocantes, ultorem etiam futurum, nisi iis starent, uti loquitur Clericus. aa) Religiosi autem erant veteres in juramentis, nec ea, nisi in rebus magni momenti, moratiores adhibebant. Apud Samnites maximum jurisjurandi vinculum vetusta religione fuisse traditum est, ut ara in medio constituta ac cæsis victimis, omni aditu præsepto jurans introduceretur, & furiali carmine inter stragem victimarum dira execratione adstringeretur. Qui etiam Arcadibus mos erat, inter cædes victimarum solennem fidem & jusjurandum dare, quod refert Alexander ab Alexandro. bb) Et cum Cambyfes Ichthyophagas ad Phœnices misisset rogatum, ut sibi adversus Carthagenenses opem ferrent, Herodoto teste, nega-

D runt

q) ad 11. γ' . vers. 256. cin. Cleric. l. alleg. r) de fœderibus lc. ς) lc. p. 103.  
 1) lc. η) lib. alleg. ξ) Prælest. ad Gen. XV. ϙ) 11. α. vers. 466. η.  
 vers. 317. Οδυσ. γ' . vers. 457. ζ) 2. Tim. II. 15. †) conf. Dilb. lc.  
 p. 257. Bochart. lc. p. 324. aa) Comment. in Deut. XXXIX. 12. bb)  
 lc. l. V. c. 10. p. m. 98.

runt Phœnices dixeruntque se ὀρκίοισί τε γὰρ μεγάλοισι ἐνδέδεσθαι, fœdus intelligentes. *cc)* Ut tacitam quam frequens fuerit in aliis gentibus jusjurandum in fœderibus alio quam ritu nostro contr.ētis. Apud Græcos inprimis habebat multum ponderis. Quidam ex illis ὅρκιον ab Orco deducendum existimant, quia maximum Deorum juramentum olim ex Jovis instituto factum fuisse ferunt per lacum Stygium. Ubi notatu dignum est, quod coleretur apud illos in fœderibus sancientiis præcipue ἐνόρκιος Ζεὺς, de quo scribit Laërtius in Pythagora, ὅρκιον εἶναι τὸ δίκαιον, & propterea Jovem ὅρκιον nuncupari. *dd)* Præterea testabantur Deos ἑρηνίους, χθονίους & ὑποχθονίους, sicuti Accessimarchus apud Plautum in Cistel Deos superos, inferos & Medioximos; quos Æschylus ὀρκῶν Θεός vocat. Unde etiam proprie hoc jusjurandum fœderis ὅρκιον nominatur Homero, *cc)* Thucydidi *ff)* & Luciano. *gg)* Lysias in fœderibus jusjurandum vocat σεμνὸν καὶ μάγαν ὅρκιον; quo respexit etiam Isocrates in Archid.: ἐμμένετε ταῖς συνθήκαις καὶ ὀρκίοις, ἐς ἐποίησατε πρὸς τὰς προγόνους. Quandoque autem juramenta apud Græcos dicebantur manibus in cælum sublatis. Unde Apollo apud Poëtam Lachesin χεῖρας ἀνατείνειαι jubet, quem morem recentioribus seculis tantum introductum esse autumat Hansenius. *hh)* Aliquando in μεγάλα ἔρκω altari manus imponebant, prout patet ex dicto Periclis, qui amico illum sollicitanti ad perjurium sui causa respondit, se esse ejus amicum usque ad aras tantum. *ii)* Jurisjurandi formula inter Græcos hæc erat: Ἐμμένω τῇ συμμαχίᾳ κατὰ τὰ ζυγκείμενα δίκαιως, καὶ ἀβλαβῶς, καὶ ἀδολῶς, καὶ ἂ παραβήσομαι τέγγη, ἐδὲ μηχανῇ ἐδερμαί, uti prodit Pfeifferus. *kk)* Præterea usu veniebat in juramentis, ut diris & imprecationibus se devoverent, si unquam perjuri forent, præsertim istis de causis; vel ut alios ad fidem præstandam efficacius moverent; Pro exemplo sit juramentum Demosthenis: *ll)* Ἐι μὲν εὐορκῶ, πολλά μοι ἀγαθὰ γένοιτο, εἰ ἐπιερῶ, ἐξώλης ἀπολοίμεν: vel ut sanctiore & arctiore vinculo obstricti ad mentem & propositum mutandum nunquam adduci possent; id

*cc)* Herod. l. 3. c. 19. conf. Græv. l. T. V. p. 327. *dd)* Gynld. l. c. *cc)* Il. β. & γ. passim. *ff)* l. VI. de B. Pelop. *gg)* l. c. *hh)* ap. Græv. l. c. *ii)* Potter. l. c. p. 255. conf. & Virg. Æn. XII. vers. 201. seqv. Scharf. de fœderibus p. m. 94. seqv. ubi plura. *kk)* l. l. 2. c. 49. *ll)* Orit. contr. & Canon.



id quod probant exemplo suo Phocenses apud Herodotum & Strabonem. *mm*)

§. 21. Huic adjungo, quod pacificentes junxerint invicem dextras inquam fidei sedem & amicitia ac unionis signum, non apud Romanos duntaxat, sed etiam apud alias gentes. Constat hoc ex ipsis sacris pandectis, siquidem Jehu Jonadabum alloquitur: *nn*) Da manum tuam, si mihi amicus es. Quibus verbis non subjectionem sed societatem petit tunc primum iniri aut initam ante confirmari imposterum. *oo*) Pari fere ratione Euripides *pp*) dicit:

Ἐπὶ τοῖς δὲ τοῖνον δεξιῶς εὐνῆς ἴστυε.

Hinc in antiquissimis numismatibus cernimus manus complicatas hac cum inscriptione; Fides aut amicitia aut fœdus. In Virgilio vestigia plura hujus ritus occurrunt: Lætitiaque metuque avidi conjungere dextras &c. *qq*) Item: Accipe daque fidem; (*Respondet alter*) juncti est mihi fœdere dextra. *rr*) Et apud Ovidium: *ss*)

Uti pignus fidei dextras utrasque poposuit,  
Inter seque datas junxit &c.

Ut alia loca Virgilii, Statii, Taciti & Alexandri præteream. *tt*) Accurate observarunt hanc consuetudinem Græci teste Aristophanis Scholiaste; *uu*) Sic & Persæ ac Sidonii, uti censet Diod. Siculus, *vv*) nec minus Parthi *xx*) Hircani ac Medi. *yy*) Neque hoc neglexit Mithridates Armeniæ Rex, Alexander M., Gobrias Cyrum alloquens apud Xenophontem, aliique. *zz*) Illud autem faciebant, vel quia numerum denarium, qui ambarum manuum digitis perficitur, reverebantur, vel quia id amicitia & Concordiæ signum ipsis erat. Sic & inter testandum imam auriculæ partem aliquando prehendebant. Unde Plinius inquit: \*) Est in aure ima memoriæ locus &c.

§. 22.

*mm*) Herod. lib. I. Strabo lib. IV. alleg. Potter. l. c. pag. 256. ubi plura. *nn*) 2. Reg. X. 15. *oo*) v. Cass. Sanct. in bl. *pp*) Helen. vers. 844. Edit. Commelin. 1597. 8vo. *qq*) Æn. I. vers. 518. *rr*) Æn. VIII. vers. 150. 169. *ss*) Metam. lib. VI. vers. 506. seqv. *tt*) vid. Scharf. l. c. p. m. 87. seqv. & Statii Thebaid. I. vers. 550. 551. & Almelov. l. c. *uu*) in Νέφελ. *vv*) l. XVI. p. m. 441. *xx*) Joseph. Ant. Jud. lib. XVIII. c. 12. *yy*) Alexand. l. I. V. c. 3. & l. II. c. 19. *zz*) Prolixè satis de his omnibus agit in Græv. Thes. sepe alleg. T. V. pag. 828. seqv. \*) Hist. Nat. l. XI. c. 45. conf. & Potter. l. c. p. 256. 19.

§. 22. Jam demum res conficiebatur ipso transeundi actu. Posteaquam διχοτομήματα ἀντιπρόσωπα ἀλλήλοις sive partem dissecti animalis suæ parti respondentem ex adverso ejus collocassent, & inter divisas partes sp̄itium, qua transiri ac permeari posset, reliquissent; transibant per medium horum profectorum, atque sædus hoc ipso transitu sanciebant & confirmabant. †) Volant quidem aliqui, in simili sædere hæc inter transeundum verba pronuntiari debuisse: Ita dissecetur, qui leges sæderis prior violaverit. Sed hæc quidem dicuntur sine fundamento, adeoque quam maxime incertum est, an in transitu ullum fecerint verbum. Hoc potius asserere possumus, permeandi hunc actum sæpe jurisjurandi vim ac vices sustinuisse: Nam licet verbale juramentum omitteretur, tamen tacite quasi & ipso facto jurabant, sibi ipsi, ubi pactum læserint, pœnam sædifragorum a Deo jurisjurandi vindice imprecantes, siquidem inter omnes constabat, quid hic ritus per dissectas hostiæ partes transeundi sibi velit, & quamnam ob causam adhibeatur. Sed de his prolixius & commodius alibi differemus.

§. 23. Transitu facto carnem ex parte sacrificio, ex parte convivio servarunt, ubi simul salem durationis & amicitiæ signum attulerunt: Quædam autem gentes ejusmodi carnem abjicere consueverunt. Hæc omnia, data occasione, Deoque annuente late perlustrabimus.

§. 24. In præsentem pedem hic figimus, humillimas ex devota mente gratias Summo Numini pro concessa gratia viribusque ad hunc laborem bonis avibus suscipiendum atque non sine fructu conficiendum decernentes, ac priori dissertationi de sæderibus veterum per animalium dissectionem factis colophonem addimus. Quodsi certiores facti erimus, B. L., operam nostram Tibi haud displicuisse, propediem, quoque posteriorem de eadem materia dissertationem, Fato favente, offeremus exasciato judicio tuo, quo totius rei complexio seu tela decenter absolvatur.

†) *Osfander. lc.*

#### ADDITAMENTA.

1. Jephtha non immolavit filiam suam.
2. Hebræorum Commentarii non sunt contemnendi.
3. Rerum externarum bonitas vel noxa tantum ex modo eas applicandi dependet.



ULB Halle  
003 913 04X

3



*Slo*







N<sup>o</sup> 27

1710, 5<sup>a</sup> 7

Lf a α



DE

FOEDERIBUS VETERUM  
PER DISSECTIONEM

ANIMALIUM FACTIS,

DISSERTATIONEM I.

CONSENSU

AMPLISSIMI SENATUS PHILOSOPHICI

IN ACADEMIA LIPSIENSI

AD D. XII. JULII A. O. R. CIO MDCC X.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

EXPONIT

P R A E S E S

M. JO. DANIEL JACOBI, ERFF. TH.

R E S P O N D E N T E

CHRISTIANO SIGISMUNDO Liebe,

FRAUENSTEINENS. MISM.

L I P S I A E

LITERIS JO. SAM. FLEISCHERL

*Handwritten notes and signatures at the bottom of the page.*

